



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 96. De bonis traditis in villa Cogharden in pago Wikanavelde.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

Ab anno  
826 usque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
wico et

Tradicit maginbfern et reduuig in *cogbarden* (e) quidquid habuerunt ibi. similiter tradidit fridumar quidquid ibi habuit duorum quoque liberorum per ibidem possessionem nomine hunric et sol.

*rodolfus* quoque pro homanno tradidit quidquid ibi habuit similiter pro ad- helmo quidquid etiam ipse ibidem habuit. testes eggio marchodo teodgerus dado rodolfus et alii octo.

## §. 96.

Tradicit agido in *holtesmeni* (F) mansum unum. ea tamen ratione ut suala ipsum possideat interim. dum uixerit. post mortem autem sualae ad reliquias cedet sūi stephani (G). testes horid erp riculf lifward suo tidulf et alii quatuor.

## §. 97.

Tradicit hranuardus in *bockem* (H) quidquid habuit. testes bouo adalhard.

## §. 98.

Tilithi et Wikanaelde obstant. Denique autem nos habemus obuiam villam *Bellersen* in episcopatu Paderbornensi haud procul a vico Bökendorp, que hic indicari videatur. Quodsi enim pagus *Huetigo* ad fluuium Embrinam, vti §. 3. vidimus, fuit, abbatia etiam nostra in villa *Beller*, que in antiquis membranis *Bellerbek*, *Bellerke* et tandem *Beller* appellatur, bona quedam possidet, nulla alia villa per *Billurbechi* indicatur, quam vicus *Bellersen* in diœcœli Paderbornensi. In *Origin. Pyrmontanis* p. 4 hæc villa appellatur *Billurbocht*. Sed multa via typographica ibidem irreperunt. Pro *Embrino* enim lege ibi *Embrine*, pro *Helmune* helmuni, pro *Schard* schard, pro *Theoding* teoding, pro *Heribert* heribert, pro *HUVetego* huetigo, pro *BRACII* bracu, pro *Stoedger* adedger, pro *Osburg* alsburg, pro *Wetigo* huetigo, pro *Theodulf* teodulf, et pro *Gerward* geruuard.

(e) De villa *Cogbarden* in pago *Wikanaelde* vide supra §. 70. not. (s)

De villa  
Holtes-  
meni.

(F) *Holtemeni* villa hodie dicitur *Holtzminden*, oppidum situm ad Wiferam uno milliari a nostra Corbeia orientem versus. Tempore Hludouici pii, vti hic videmus, ei iam exsistit, et ad *pagum Auga* fuit relata, testante Registro nostro Bonorum Ab. Corb. Iacet etiam illa inter Varstan et Aldenthorp, id est, Forst et Oledörp, que villa, cum ad pagum Auga relata fuerint, vti iam supra §. 45. not. (Y) et (Z) didicimus; villa *Holtemeni* ad alium pagum nequaquam trahi poterit.

De reli-  
quiis S.  
Stephani.

(G) Quia hic *reliquiarum sancti Stephani* duntaxat mentionem faciunt traditiones, vti etiam adhuc factum est §. 105; infra autem, §. 126. Sancti Viti reliquiae adduntur, colligi potest inde, hanc et sequentes traditiones usque ad §. 126. ante annum 836, factas esse. Nam eo demum anno corpus S. Viti e Francia in Corbeiam nostram ferebatur.

De villa  
*Bochem*,  
et de pa-  
go *Bukki*.

(H) In codice nostro manus aliena ad marginem adscriptis *Bokem*, et in Registro nostro sapius citato villa *Bokem* in pago *Nihthersi* inuenitur. Inuestigatio ergo villa *Bochem* difficilis non erit. In episcopatu enim Paderbornensi intra regionem oppidi Driburg haud procul a vico Swaney et septem vallibus, vulgariter ditis *die sieben Gründen*, villa *Bukken* inuenitur, quam hic indicari arbitramur. Immichusen villa, hodie dicta *Himmighausen*, etiam ad pagum *Nihthersi* seu *Nethga* spectauit, et eadem hæc quasi terminus constituendus est inter *Huetigo* et *Nihthersi* pagos. Est vero eadem villa *Bochem* probe distinguenda a *Bo-deke* in eodem quidem episcopatu Paderbornensi, sed ad dominium Weuelsburg referenda. Hanc perhibent docti quidam esse *pagum Bukki*, in quo, teste *Poeta Saxone T. I. S. R. B. Leibnitii* f. 125. et *Eginhardo Ann. Rer. Franc.* f. 149. *An-*

*grarrii*